



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conferentiæ Theologico Morales**

Compendiosè propositæ ac breviter resolutæ Ad Usum Directorum  
Conferentiarum Hebdomadalium ... DD. Parochorum, Curatorum,  
Confessariorūmque omnium

Ex Materia Septem Sacramentorum Atque Justitiæ De Restitutione  
Excerptæ

**Sargar, Elisaeus**

**Augustæ Vindelicorum, 1720**

ad quid obligetur non impediens infamatorem. n. [568]

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41194**

## CONFERTIA. CXXV.

566

**I**dem Curiolulus audiendo detractorem au-  
tur quidem, at non inducit, neque excita  
ad continuationem: an peccet contra justi-  
tiam:

**R**esp. Peccate quidem contra charitatem, at  
non contra justitiam, adeoque non obligari ad  
restitutionem. Ita L. ss. cir. & Herinx. Ratio  
autem est: quia gaudere de gravi damno pro-  
ximi est contra charitatem peccare: qui au-  
tem non est causa damni, non potest dici pec-  
care contra justitiam, consequenter non tene-  
tur ad restitutionem.

## CONFERTIA. CXXVI.

567.

**A**lius delectatur canum in modo dera-  
hendi, utpote in eloquentia, artificio &  
dexteritate detractoris, non autem ipsa detrac-  
tione, an id quoque peccat.

**R**esp. Talem nullo modo peccare, dum  
modo detractorem non probet aut promoveat.  
Ratio est, quia ut delectatio sive complacens  
super aliqua re sit mala & peccaminosa, debet  
id, super quod eadit ut motivum, esse pecca-  
minosum: sed hic cadit complacens super  
eloquentiam & modum detrahendi:  
non vero super ipsam detractionem: igitur  
&c.

568.

**C**ONFERENTIA. CXXVII.  
**R**ursus alius audit detrahentem in materia  
gravi, & non impedit, cum facile & com-  
modo posset, an peccet mortaliter. **R**esp.

Resp. Peccare mortaliter contra charitatem.  
 Ratio est : quia praeceptum charitatis erga proximum obligat ad impediendum grave damnum illius , quando commode impedit potest : sed in proposito supponitur commode impediti posse : igitur &c.

Dixi : Quando commode impedit potest : Si enim ex magna verecundia aut puerilimente non audeat resistere , non peccat mortaliter , quia nemo tenetur cum magna sua difficultate damnum proximi impedire , ut si timeat contumelias aut verbera ; aut si ipsi non constet an res narrata sit publica vel occulta : an justè vel injuste narratur , cum in dubio non debeat presumi loquentis iniquitas : excusatur etiam ab admonitione , qui probabiliter putat , eam nil profuturam : item famulus vel ancilla respectu Domini vel Dominae , quibus sufficit ostendere faciem tristem , juxta illud Proverb . 25. *Ventus Aquilo dissipat pluvias , facies tristis linguam detrahentem.*

**C O N F E R E N T I A . C X X V I I I :**  
**I**n famam libenter restitueret famam ablatam proximo per revocationem verborum , at inde prævetit vitæ periculum , vel notabiliter maioris infamiae : an teneatur eam restituere :

569.

Resp. Cum Less . c . 11 . de 15 . & aliis , non teneri . Ratio est : quia res inferioris ordinis